Incipit lib' Leuitici.

VOCAVIT autem dominus moysē & locutus ē ei de tabernaculo testimonii dicēs. Loquere filiis israel & dices ad eos. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus. i. de bobus & ouibus offerens victimas. Si holocaustum eius fuerit oblatio ac de armento masculum immaculatum offeret ad hostium tabernaculi testimonii. ad placandum sibi dominum. Ponetq; manum super caput hostie & acceptabile erit. atq; ingrediatur eius pro eo. Immolabitq; uitulum coram domino & offerent filii aaron sacerdotes sanguinem eius fundentes per altaris circuitum quod est ante hostium tabernaculi testimonii. detractaq; pelle hostie artus in frusta dividet. Et subiicient malleum igni & struent ligna super ignem. Ponentq; membra que cesa sunt desuper ordinantes. caput videlicet & cuncta que adherent ieiunio. intestinis & pedibus loris aqua. adlauabitq; ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem domino. Quod si de pecoribus; oblatio est de ouibus siue de capris holocaustum. ac quicquid habuerit maculam offeret. Immolabitq; ad latus altaris quod respicit ad aquilonem coram domino. Sanguinem eius fundent filii aaron. per circuitum. diuidentq; membra. caput & omnia que adherent ieiunio & imponet super ligna. quibus subiicietur ignis. Intestina uero & pedes lauabunt aqua. & obla ta omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum domino. Si autem de auibus holocaustu oblatio fuerit domino. de turturibus & pullis columbe offeret eam sacerdos ad altare & torto ad collum capite ac rupto uulnere loco. decurrere faciet sanguinem super carpitulum altaris. Vellamen & guttur cum pluma. proiiciet iuxta altare. ad orientalem plagam. in locum in quo cineres effundi solent. Confringetq; alas eius & non secabit. nec diuidet eam & adolebit super altare. ignis igni supposito. holocaustum est & oblatio suauissimi odoris domino.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificii domino. similia eius erit oblatio. fundetq; super eam oleum & ponet super eam thus. ac deferet ad filios aaron sacerdotes. Quorum unus tollet pugillum plenum simile & olei ac thuris totum & ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. Quod autem reliquum fuit de sacrificio erit aaron & filiorum eius. sancta sanctorum de oblationibus domino. Cum autem obtulis sacrificium coctum in clibano de simila panes .l. absq; fermento. aspersos oleo & lagana azima oleo linita. Si oblatio tua fuerit de sartagine simile & ipse oleo & absq; fermento. diuides eam minutatim & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium eque simila oleo aspersa. Cum offerens domino tradet manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam tollet memoriale de sacrificio & adolebit super altare in odorem suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est erit aaron &

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 3349, 00000008 – Biblia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0axi/146/2448)